

cornix, icis. subs. f. **FORMA** dat. Coronicei ᾤCorniscae; **SIM** dem. cornicula, ae ^{xs} GLOSS 3.435.48. κορώνη genus auis.; cornacula GLOSS 5.353.19., cornicla GLOSS 3.360.20. **ETYM** voz onomatopéyica < PIt. *CORNĪK-, *KORNĀK- 'coruus' < Ple. *KOR-N- 'co-ruus'; κορώνη 'cornix' (ᾤPs DOSITH Leid. κορώνη cornicula.), κόραξ 'coruus'; cum *CR-coniunctum > increpare 'edere uocem coruus seu cornix' et crepare, increpitare 'magna et acrimoniosa uoce loqui'; cum crocire et coruus coniunctum. **DLAT** cornicari, Corniscae. **DROM** CORNICULA > cast. corneja, cat. cornella, fr. corneille (cf. CORONIS > it. cornice, cast., cat. cornisa, port. cornija). [**FREQ** humilis **88** ^{indicia} **6,4** /d.c.m. **254-184** PLAUT] uocabulum omnibus Romanis notum; scriptis litterariis omne genus, pro rata parte praecipue lyricis satiricisque, simili modo magis uersu quam prosa; usibus praecipue quotidianis ad fabulam comoediamque pertinentibus, necnon doctis ad saturam, lyricam uersumque heroicum pertinentibus; technicis abundat ad historiam naturalem et medicinam pertinentibus; inde a principio apparet, semper pariter usitatum.

VARIATIO		indicia	p ^y /d.c.m. subc.
OPERUM	argumentalis	19	3,8
	dramatica	7	17
	exponens	24	8,5
	lyrica	11	48
	narratiua	21	4
	satirica	6	31
DIACHRONICA	III-II aec.	7	17
	I aec.	21	7,9
	I-II ec.	37	9,2
	III-V ec.	23	0,5
DIAPHASICA	docta	20	5,3
	media	56	4,9
	quotidiana	12	28
DIASTRATICA	litteraria	64	5,7
	technica	24	9,1
MODUS	prosa	50	5,9
	uersu	38	21

¶ **a** (Corvus corona, Coruus cornix) auem quandam designauit, coruo breuiorem, nigris seu cinereis plumis distinctam, acri uoce conspicuam • *designó la corneja, ave poco más pequeña que el cuervo, de plumaje oscuro o ceniciento y voz llamativa* [**HYPER** auis] **205** PLAUT Most 832. uiden pictum, ubi ludificat cornix una uolturios duos? **44** Cíc Diu 1.12. omittat urgere Carneades ... requirens Iuppiterne cornicem a laeua, coruum ab dextera canere iussisset. **79** PLIN Nat 10.165. cornicem incubantem mas pascit. **430** DAMIG Lapid 35.2. Sculptis in eo locustam marinam et sub pedes eius corniculam.

b1 technicis scriptis omissis, uocabulum fuit significatiuum, inde ab initiis ad diuinationem pertinens; quare auem indicit quasi augurium auspiciumue saepe laetum. Quod praesagium ambiformiter interpretari poterat: unum, ut cornix ab laeua manu auguri appropinquabat, qui auspicando ad meridiem aspectabat, laeta auguria ab oriente accipiens; ideo cornix uocabulis laeuam referrentibus coniunctum est, item auibus futura uolatu ostendentibus • *salvo en escritos técnicos, esta palabra siempre ha estado cargada de significado y ha instaurado su uso, desde el momento mismo de su aparición, en el ámbito de la adivinación, y ya no señala un ave en cuanto tal, sino como augurio, presagio o auspicio, habitualmente favorable. Podía darse este presagio de dos maneras: una, mediante la aparición de dicha ave por la izquierda del augur, que para tomar dichos auspicios miraba al sur, recibiendo desde su izquierda los presagios favorables, procedentes del oriente; por ello, cornix aparece en compañía de palabras que significaban 'izquierda' y pertenece al mundo de los pájaros adivinatorios por su vuelo* [**HYPER** ales auguralis] **254-184** PLAUT Asin 220. impetritum, inauguratumst: quouis admittunt aues, picus et cornix ab laeua, coruos parra ab dextera consuadent. **30-15** PROP 4.1b.105. hoc neque harenosum Libyae Iouis explicat antrum ... aut si quis motas cornicis senserit alas. **30-50** PHAEDR 3.18.12. partes sunt uobis datae ... augurium coruo, laeua cornici omina. ¶ PAUL FEST 197. Oscinum tripudium est, quod oris cantu significat quid portendi; cum cecinit coruus, cornix, noctua, parra, picus. ... Oscines aues Ap. Claudius esse ait, quae ore canentes faciant auspicium, ut coruus, cornix, noctua; alites, quae alis ac uolatu; ut buteo, sanqualis, aquila, immusculus, uulturius: picam aut Martius Feroniusque et parra et in oscinibus, et in alitibus habentur. ISID Orig 12.76. Oscines aues uocant, quae ore cantuque auspiciu faciunt; ut coruus, cornix, picus.

b2 aliter a uocibus suis interpretabatur • *de otra manera, por sus graznidos* [**HYPER** oscen] **45-44** Cíc Nat deor 3.14. Unde porro ista diuinatio, ... quis cornicis cantum notauit, quis sortis? **2-8** Ov Met 2.548. cornix ... «non utile carpis» inquit «iter: ne sperne meae praesagia linguae!» **400** Ps AUR VIC Epit 13.10.

inauspicata tamen esse poterat, praesertim cum post aestatis solstitium appareret • *sin embargo, también podía ser infausta, especialmente si se aparecía después del solsticio de verano* **79** PLIN Nat 10.30. cornices ... ipsa ales ... inauspicatissima fetus tempore, hoc est post solstitium.

pluuiam specialiter attrahebat uel nuntiabat • *especialmente, atraía o anunciaba la lluvia* [**DOM** pluuiia] **70** LUCR 5.1084. cornicum ut saecula uetusta coruorumque gregis ubi aquam dicuntur et imbris poscere et interdum uentos aurasque uocare. **37-30** VERG Georg 1.388. tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce. **62-65** LUCAN 5.556. caput spargens undis, uelut occupet imbrem, instabili gressu metitur litora cornix. **378-380** AMBR Hex 136. cornix plena uoce pluuiam uocat.

auis quippe aquam amans et per litora undis se mergere amans • *y es que este ave amaba el agua y gustaba de zambullirse en las olas que rompen en la playa* [**DOM** litus] **90** Cíc Arat 4.8. fuscaque non numquam cursans per litora cornix demersit caput et fluctum ceruice recepit. **79** PLIN Nat 18.363. terrestres uolucres contra aquam clangores dabunt perfundentque sese, sed maxime cornix. **398** CLAUD Gild 493. notatis si reuolant mergi, graditur si litore cornix.

cum haruspicina re uera coniuncta, poterat, praeter proprium auigarrium, uoces humanas edere, immo Latine uel Graece • *muy relacionada con el universo adivinatorio, tenía la capacidad, además de graznar, de hablar o emitir sonidos articulados humanos, incluso en latín o griego* **44** Cíc Diu 2.78. hoc nihil ad auspicia; nec enim ei cornix canere potuit recte eum facere, quod populi Romani libertatem defendere pararet. **79** PLIN Nat 10.124. nunc quoque erat in urbe Roma, haec prodente me, equitis Romani cornix e Baetica primum colore mira admodum nigro, dein plura contexta uerba exprimens et alia atque alia crebro addiscens. **400** Ps AUR VIC Epi 13.10. In quis praecipuum cornicem e fastigio Capitolii Atticis sermonibus effatam esse: καλῶς ἔσται.

c cornix, quia loquebatur, ingeniosa et arguta uidebatur, ideoque fabulis mythisque apparebat. Dicebatur enim Atheneam Coronidem, Aglauri filiam, dum Neptunum amore incensum fugiebat, in cornicem mutauisse, postea omnium animalium dilectissimam habuisse. Exceptionem talem perdidit cum tutrici suae narraret Cecropis filias, Athenaeae minime oboedientes, cistam qua Erictonius infans seruaretur aperuisse. Loquendi potens, ut alias feminas accusaret, sororium uinculum ab Athenaeae amatum rupit, quare dea eam repudiauit noctuam in eius locum supponens. Sic liquebat ut cornices nidos suos Athenaeae templis, praesertim in eo Athenis sito, minime nidificarent • *esta capacidad que se le atribuye de hablar representa un ser inteligente y astuto, y por ello hace aparición en la fábula y en el mito. Según la tradición, Atenea transformó en corneja a Corónide cuando esta huía de la persecución de Neptuno. Se convirtió así en su animal favorito. Sin embargo, perdió ese privilegio al revelar a su protectora que las hijas de Cécropé habían desobedecido la orden de no abrir la cesta que contenía al niño Erictonio. Al hacer uso de su capacidad de hablar para delatar a otras mujeres, Corónide compió el vínculo de sororidad que Atenea valoraba, y por ello la diosa la rechazó, sustituyéndola por la lechuza como ave consagrada a ella. Por ello se explicaba que las corneas nunca anidaran en los templos de esta diosa, especialmente el de Atenas* [**HYPER** auis loquax] **70** LUCR 6.751. est ... Palladis ad templum Tritonidis almae, quo numquam pennis appellunt corpora raucae cornices, non cum fumant altaria donis. **79** PLIN Nat 10.30. cornices ... ipsa ales ... notatur eam in Mineruae lucis templisque raro, alicubi omnino non aspici, sicut Athenis. ¶ GLOSS 5.27a8.32. cornices id est corniculae, aues lasciuiae. 4.325.33. aues lasciuiae, iocosae.

Cecropis filiae, Athenaeae inoboedientes, ab ea dementatae sunt ut in mare sese praecipitarent; a quo cornix undis immergendi cupiditatem fortasse trahebat • *las hijas de Cécropé enloquecieron por haber desobedecido a Atenea y se arrojaron al mar, de donde quizás le viene a cornix su afición por zambullirse en él* **180** HYG Fab 166.5. hae cum cistulam aperuissent, cornix indicauit, illae a Minerua insania obiecta ipsae se in mare praecipitauerunt.

ideo uox eius ominosa erat, item adiectiua garrulitatem significantia cum ea coniunguntur • *por ello se puede decir que su voz, en cierto modo, es de mal agüero, y en cualquier caso se le aplican adjetivos correspondientes a su charlatanería* [**DOM** garrula] **23** Ov Am 3.5.21. huc leuibis cornix pinnis delapsa per auras uenit et in uiridi garrula sedit humo. **79** PLIN Nat 10.30. cornix est inauspicatae garrulitatis, a quibusdam tamen laudata. **350-385** AUSON Idyl 18.3. Hos nouies superat uiuendo garrula cornix.

d sollertia conspicua erat, et uidimus ut Cecropis filias speculata fuerit; talem fabula fert, secreta aperientem, quasi acumen quae alii nesciunt caperet • *la astucia era otra de sus prendas, y ya se ha visto que espío a las hijas de Cécropé; así la presenta la fábula, como desveladora de secretos o inteligencia que penetra donde otros no ven nada* **30-50** PHAEDR 2.6.7. uenit per auras cornix, et ... «nisi monstraro quid sit faciendum tibi, graui nequiquam te lassabit pondere».

maleuola et malitiosa • *malintencionada y traicionera* **30-50** PHAEDR App 26.1. odiosa cornix ... «scio quem lacessam, cui dolosa blandiar». ¶ ISID Orig 12.44. Cornix, anosa auis ... quam aiunt augures ... insidiarum uias monstrare.

et saepe arguta, ut paucam aquam in fundo uasis bibere potuit, petris in uas summissis aquae lineam eleuans • *y en general inteligente, como cuando se las ingenia para beber un resto de agua del fondo de un recipiente subiendo su nivel tras apilar piedras y así alcanzarla* **370** AVIAN Fab 27.1. cornix ... ammouet omnes ... noua calliditate dolos. Nam breuis immersis accrescens sponte lapillis potandi facilem praebeuit unda uiam. ¶ Ps DOSITH Leid. Cornix sitiens accessit ad hydriam et eam conabatur conuertere, sed quia fortiter stabat, non poterat eam deicere, sed remedio optinuit quod uoluit: misit enim calculos in hydriam et eorum multitudo de imo aquam susum effudit et sic cornix sitem suam reparauit. Sic ergo sapientia uirtutem fallit.

e apud fabulatores auis arrogans et uana apparet; ideo aliarum auium uestitur ut, plumis deciduis, deridiculum capiat. Sic in fabula Aesopea eam uidimus, ubi cornix κολοῖός appellatur, in Phaedro poeta coruus est • *en la fábula se muestra como ave presumida y vanidosa; así, se engalana con las plumas de otros pájaros, para luego quedar en ridículo al caerse las plumas prestadas. Así es presentada en una fábula de Esopo, en la que animal recibe el nombre de κολοῖός, en el latín de Fedro coruus* **30-50** PHAEDR 1.3.4. Tumens inani graculor superbia, pauca quae fecerunt, sustulit, seque tumens inani HOR Epist 1.3.19. moueat cornicula risum furtiuis nudata coloribus. **404** HIER Epist 108.15. et ne apud detractores ... fingere puter, et cornicem Aesopi alienis coloribus adornare. ¶ PORPH Hor in Epist 1.3.15. Cui sub conuenientis cornicis fabella dicit, ut aliena sibi non uindicet, ne, si unusquisque sua tollat, ille suum nihil inueniat.

f immo longa aetatis speculum fuit, antiquis credentibus cornicem humanae aetatis spatium nouies uiuere • *todavía más, se usó esta palabra usada como paradigma de la longevidad, pues para los romanos la corneja vivía nueve veces la extensión de una vida humana* **45** Cíc Tusc 1.77. Stoici autem usuram nobis largiuntur tamquam cornicibus: diu mansuros aiunt animos, semper negant. **100** PRIAP 57.1. Cornix et caries uetusque bustum, turba putida facta saeculorum. **350-385** AUSON Idyl 11.12. Et toties terno cornix uiuacior aeuo. ¶ PORPH Hor in Carm 12-13. cornicem annosam uero ait, quoniam mille annos uiuere adfirmatur.

g in fine Antiquitatis uirtutibus antea incognitis gratuito fructa est, quales hospitalitas et familiariae amor fuerunt • *se le atribuyeron gratuitamente ciertos valores morales desconocidos anteriormente, como la hospitalidad o el sentido de familia* **378-380** AMBR Hex 143. Laudatur earumdem cornicum hospitalitas. 147. Discant homines filios ex usu et pietate cornicum.

h MED eius cerebrum capitis dolori firmum remedium esse credebatur • *se pensaba que su cerebro era un remedio infalible para el dolor de cabeza* **79** PLIN Nat 29.113. capitis doloribus remedium sunt ... cornicis cerebrum coctum in cibo sumptum. **400** THEOD PRISC Phys 4. molestia capitis releuabitur ... et cornicis cerebrum quoquo libet genere acceptum paria facit.

seu palpebris crescendis • *o para hacer crecer las pestañas* **79** PLIN Nat 29.115. Cerebrum cornicis in cibo sumptum palpebras gignere dicitur.

item eius caro febri uehementi apta erat • *también sus carnes podían ser utilizadas contra la fiebre persistente* **79** PLIN Nat 30.103. in quartanis ... cornicis carnes esse et nidum inlinere in longis morbis utilissimum putant.

Cornicula, ae. **FORMA** Cornicularia ᾤNON 63.134. • *Plauti poetae opus litterarium, hodie deperditum* • *título de una comedia de Plauto, hoy perdida, 'La corneja'* [**HYPER** NOMEN opus deperditum] ¶ DIOM. Comedia in Cornicula «facit odant aedes Arabice».

paroemia **cornicum oculos configere.** mendacem decipere; quod a fallaci huius auis acumine certe provenit • *engañar al embustero, ser más listo que el listo, hacer trampas al tramposo, robar al que robó; es seguro que tal expresión, que vertida literalmente sería 'atravesar los ojos de las corneas', proviene de la agudeza tramposa de nuestro animal* **63** Cíc Mur 25.10. Flauius, qui cornicum oculos confixerit et singulis diebus ediscendis fastos populo proposuerit et ab ipsis his cautis iuris consultis eorum sapientiam compilarit. **59** Cíc Flac 46. Hic hercule «cornici oculum», ut dicitur. **384-440** MACR Sat 7.5.2. hortemur ... ut ... Graecus Graeco eripiat hunc plausum, tamquam cornix cornici oculos effodiat.